



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 24. Plures urbes a Ferrariensi captæ, ejusdem Ducis vindicta in Carpiensem Comitem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

§. XXIV.

Sæcul. XVI.
A. C. 1511.

Plures urbes a Ferrariensi captæ; ejusdem Ducis vindicta in Carpiensem Comitem.

Inter hæc Ferrariensis Dux terrorem ac confusionem hostilis exercitus in rem suam vertebat, eademque temporis opportunitate Certum, Plebisacum, Cotignolam, Lugonem, aliasque nonnullas urbes occupabat, quibus captis Metropolin suam ab hostium metu liberavit: Præcipue vero de Alberto Pio Carpiensi Principe, quod de ipso sinistram summo Pontifici opinionem ingessisset, ultionem sumpturus, potissimam Carpiensis Principatus partem sibi vendicabat.

§. XXV.

Urbinitis Dux a Papiensi Cardinale de amissa Bononia postulat.

Ceterum Julius Papa exauctorationis *Marian. l. 9.* suæ injuriam adeo prope instare *ve-ⁿ 111* rebatur, ut summum Pontificatum *Raynald. hoc* diutius tueri vix non desperaret. *Ali-ann. n. 60.* quamdiu tamen Ravennæ commoratus, a Cardinale Papiensi invisitur, ille vero, cum Bononia per ejus ignaviam imo & proditorem capta diceretur, sinistram hanc